

conditio non intelligatur appositā, neque speranda esse intelligatur ex mente contrahentium, vide ibidem.

CONDITIO CAUSALIS, VEL MIXTA.—An trahatur retro, et quid de potestativa, n. 1 l. 32 tit. 13 part. 5.—Et quid in legatis, et an in eis idem sit quod in contractibus, ibidem.—Conditio causalis quando institutionem impediatur, quando verò non, gloss. l. 8 tit. 4 part. 5.—Conditiones mixtæ, an suspendant hæreditatis aditionem donec adimpleantur, sive in extraneis hæredibus, sive in suis, gloss. l. 9 ibi per illum text.—Conditio mixta, si deficiat per casum, an habeatur pro impleta, et quid si pro parte conditio impleatur, et pro parte deficiat casu, n. 4 l. 14 tit. 4 part. 6.—Et quid in legato libertatis, vel ad pias causas, vel alimentorum, ibi dict. n. 4.—Et quid si à tertio impediatur, ibidem.

CONDITIO NUGATORIA dicitur quando nunquam fuit possibilis, et an rejiciatur si possibilis fuit aliquando, licet aliquando sit impossibilis, n. 1 l. 3 tit. 4 part. 7.

CONDITIO POTESTATIVA quæ dicatur, et an habeatur pro impleta, n. 1 et 2 cum aliis ibi, l. 7 tit. 4 part. 6 per illum text. ibi.—potest quodcumque in vita instituti impleri, neque desinit posse impleri nisi per mortem, n. 4 ibi.—Et an, et quando hæres institutus illam adimplere teneatur, et possit impleri per alium, et quid in legatis, et an in personam hæredis adimplere possit, et an tempus adimplendi currat ignoranti, n. 4 ibi.—Et quid si in tali conditione potestativa fuit appositā dies ad implendum eam, ibidem.—Et quando aliquis est sub conditione potestativa institutus, quando ad Mutuam cautionem teneatur, ibidem in n. 5.

CONDITIO FURTIVA, an detur contra hæredem etiam ultra id quod ad eum pervenit, n. 9 et 10 l. 25 per illum text. tit. 4 part. 7.—ad rei persecutionem, an creditori, vel domino detur, quando creditori pignus furatum fuit, n. 9 l. 9 per text. ibi, tit. 14 part. 7.—Et an tunc cum creditori talis conditio datur, aliquid illa mediante lucrare possit, ibidem in n. 7.—Conditio furtiva, an legatario detur contra furem qui rem sibi legatam furavit, antequam sibi traderetur, vel qualis alia, et quando, et an tunc sibi detur ad rei persecutionem, n. 4 l. 13 per text. ibi, tit. 14 part. 7.—qualiter, et quando, et ad quid detur contra fures, vel ejus hæredes, per gloss. l. 20 per text. ibi, tit. 14 part. 7.

CONDITIO TACITA si sine liberis decesserit, an habeat locum non solum inter ascendentes, et descendentes, sed etiam inter fratres, et collaterales, vel si ascendentes à descendentes instituantur, vel in uxore instituta, si cum filiis communibus decesserit, in n. 3 et 8 l. 10 t. 4 part. 6.—Et quid si iste gravatus restituere post mortem suam, filios adoptivos, sive spurios reliquerit, ibi in n. 4 et 8.—Et quid si de morte instituti sub verba conditionis nihil dictum sit, sed post ejus mortem alius directo sit institutus hæres, ibidem n. 5.—Et an supradicta locum habeat quando institutus universaliter gravatur post ejus mortem in restitutione rei certæ, ibi n. 6.—Et an extendantur hæc ad ecclesiasticam, vel piam causam, si sit substituta post alicujus mortem, n. 8 dict. l. 10.—Et quid si gravatus ingrediatur religionem, an substitutus excludatur per monas-

terium etiamsi substitutus sit de filiis testatoris, ibidem.—Et an sit aliqua differentia, an filii isti sint masculi, vel foeminae, vel nepotes ex filia, et quando, dict. n. 8 quæst. 5.—Et an idem sit, sive filii jam sint nati, sive nascituri, ibidem.—Et quid si gravatus decedat cum filiis incapacibus, vel qui hæredes esse nolunt, vel à pupillo habitis, an per eos substitutus excludatur, ibi quæst. 4 et num. 11 ibidem.—Et quid si filii isti decedant ante mortem istius gravati, an per eos substitutus excludatur, ibidem in dict. quæst. 4.—Et an hoc eveniat ex legis fictione, vel ex juris præsumptione, et de effectu, ibidem in n. 10 dict. l. 10 tit. 4 part. 6.—Et quid si fideicommissarius decedat ante gravatum, an jus suum ad hæredes transmittat, ibid. in n. 12.—Conditiones tacitæ, quæ à jure subintelliguntur, quæ sint, et de ipsarum effectu, per n. 1, 2, 3 et 4 l. 10 tit. 4 part. 6.

CONDITOR majoriæ si rem majoriæ cum rebus ecclesiæ permutare prohibuerit, an talis prohibitio teneat, vel non, n. 1 quæst. 28 l. 10 tit. 26 part. 4.—si res suæ majoriæ alienare prohibuerit, an illud in successoribus suis locum habeat, vel etiam in ipso conditore, ut neque ipse possit alienare, n. 1 quæst. 47 l. 10 tit. 26 part. 4.—si bona ex quibus majoriam fecit ipse alienaverit, an et quando per hoc videatur majoriam revocare, in dict. quæst. 47.—de hoc vide in verbo **MAJORIA**, et in verbo **LICENTIA**.

CONDUCTIO, de hoc vide in verbo **LOCATIO**.

CONDUCTOR, et an sit conductori augenda pensio, si per alluvionem aliquid rei conductæ accrescit, n. 3 l. 26 t. 28 part. 5.—an expelli possit per successorem prædecessoris, et quando, et in quibus, n. 4 l. 2 tit. 8 p. 5.—certæ rei semper illam conducere videtur ad suum certum usum, ad quem res ipsa à principio deputata fuit, n. 1 l. 3 ibidem.—quo tempore teneatur solvere pensionem rei locatæ, et quid si illam solvere debeat de fructibus alicujus rei, an debeat antequam fructus percipiantur, n. 1 l. 4 ibi.—an possit à domino expelli durante locatione, si pensionem non solverit, n. 1 l. 3 t. 8 part. 5.—Et an omnia bona sint hypothecata pro pensione domus, et quid si primus conductor alii locaverit, n. 2 et 4 ibidem.—Conductor primus si alii locaverit, an res illatæ per secundum conductorem sint etiam obligatæ domino, n. 4.—Et de quibus rebus ibidem illatis hoc sit intelligendum, dict. n. 4 dict. l. 3.—Et an de rebus minoris, ibidem.—Conductor si per pactum sibi providit de speciali hypotheca in certis bonis, an tacita in cæteris bonis locum habeat, ibi in fin.—si à domino ex justa causa expellatur, an dominus illud propria auctoritate facere possit, vel cum iudicis auctoritate, n. 1 l. 6 ibi.—Et quid si dominus juravit non expellere colonum, vel inquilinum, an ex causa illud facere possit, dict. n. 1.—Conductor si cum locatore paciscatur, quod durante tempore conductionis illum non expellat, an locator illud facere possit, si indigeat habitatione, ibi n. 2.—si pro refectione domus expellatur, illa refectione poterit illam habitare, n. 6 dict. l. 6 tit. 8 part. 4.—si expellatur à locatore, an tunc debeat fieri remissio mercedis pro rata temporis, quod illi de-

ficat, n. 6 dict. l. 6 tit. 8 part. 5.—si in domo conducta damnum dederit, à domino expelli poterit, n. 7 dict. l. 6.—à domo expelli potest per locatorem, quando in domo intulit meretrices, vel simile fecerit, ibi n. 8.—an teneatur purgare ageres, et scarpare, et fossata fundi, l. 7 tit. 8 part. 5.—fandi si malè coluerit, vel ita exfructaverit in primo anno, quod in annis sequentibus nihil, vel parum fructus percipi possit, tenetur de tali damno dato, ibidem in n. 2.—tenetur ad damnum datum in re conducta, si sui culpa detur, gloss. dict. l. 7 tit. 8 part. 5.—Et quid si conductor habeat inimicos, qui in re conducta damnum dederunt, quando indistinctè teneatur resarcire, ibi n. 5.—Et quid si inimicitia erat publica, vel causata cum locatore et domino fundi, ibidem in n. 6.—prædii arbores excidere non potest, aliàs tenetur, et an possit vento exclusas asportare, ibi n. 7.—quam diligentiam et curam in re conducta habere debeat, ut non pereat sui culpa, n. 4 l. 8 ibi.—Et an, et quando casus fortuiti obligent conductori, omnes glos. dict. l. 8 per illum text. ibi.—Conductor navis quando petere possit à locatore damnum sibi illatum ex illa causa, glos l. 13 ibi.—valorum, vel pastus, à locatore cerciorari debet, si sciat vitia rei conductæ, gloss. l. 14 ibi.—operarum faciendarum qualiter teneatur, si opus malitiosè fecerit, gloss. l. 16 per illum text.—operis faciendi, quando liberetur propter casus fortuitos, qui acciderunt, n. 3 et 4 l. 17 ibidem.—operis, an de casu teneatur, quando dominus jam approbavit opus, et quando sic, ibi n. 5.—finito tempore conductionis, rem locatori restituere debet, et quid si non faciat, ibi gloss. l. 18.—an possit expelli à successore singulari in illa re conducta, n. 1 l. 19 in dict. tit. 8 part. 5.—si expellatur ante tempus propter venditionem de re conducta factam, an locator teneatur sibi ad interesse, ibi n. 4.—fisci, ecclesiæ, civitatis, an possit à successore singulari expelli, quando res ab ipso conducta per locatorem vendatur, ibi in n. 5 in princ.—in quibus casibus ab emptore rei conductæ ante tempus expelli non possit, dict. n. 5.—si tempore locationis paciscatur cum locatore, ut ante finitum tempus illum non expellat, an si postea res illa vendatur, possit ab emptore expelli, ibi n. 6.—ad decennium, et ultra, an ab emptore illius rei expelli possit, ibi in n. 7.—ad longum tempus habet in re illa utile dominium, dict. n. 7.—rei mobilis, vel se moventis ad certum tempus, an si illo finito rem illam non restituant, videatur reconducere, n. 1 l. 20 ibi.—operum suarum ad annum, si illo finito ibidem remanserit, an videatur reconducisse, n. 1 l. 20 tit. 8 part. 5.—si tempore locationis finito remanserit in re conducta per aliquod tempus, an videatur reconducisse illam, n. 3 et 4 ibi per illum text.—Et quid si conduxerit ad decennium, vel an idem sit, quando locatio fit in scriptis, vel sine, dict. n. 4.—Et an idem sit dicendum in prædio urbano, quod in rustico, dict. n. 6 dict. l. 20.—Conductor si in re conducta perturbetur, si dominus cum possit providere ne perturbetur, illud non fecit, an teneatur ad totale interesse, ibi n. 21 per text. ibi.—Et qualiter lucrum istud ex parte conductoris debeat considerari,

ibid. in n. 2.—Et quid si aliquis colonum inquietavit propter inimicitiam, quam cum locatore habebat, an tunc locator ad interesse teneatur, ibi n. 5.—Conductor prædii urbani, an possit petere, ut propter sterilitatem aliqua sibi fiat remissio, et qualiter hoc accidat, n. 1 l. 12 ibi.—ad longum tempus, an petere possit remissionem propter sterilitatem, et quid si pensio solvatur in pecunia, et an tunc propriè dicatur locatio, vel an sit contractus innominatus, n. 2 dict. l. 22.—Et pro quibus casibus fortuitis habeat locum remissio propter sterilitatem, ibi in n. 3 et 4.—Conductor prædii, quos fructus non debeat colligere, ut possit sterilitatem allegare, et petere mercedis remissionem, et quid si dimidiam colligat eorum fructuum, qui soliti sunt colligi, n. 8 dict. l. 22 tit. 8 part. 5.—Et quid si fructus consistebant in frumento, et oleo, et unum perdat, aliud verò non, dict. n. 8.—Et qualis esse debeat ista sterilitas, ibidem n. 9.—Conductor si non est solitus decimas solvere, si postea alleget sterilitatem, an illum liberet à præstatione mercedis, ibi in n. 10.—prædii remissionem petere non poterit propter universalem sterilitatem, quando in alio præcedente, vel sequente adfuit ubertas, n. 2 l. 23 ibi.—Et an ibem sit, sive sit annus immediatè sequens, sive interpolatus, ibi n. 3.—Conductor an ad majores redditus teneatur, quando res sibi conducta casu fortuito augmentata fuit, ibidem in n. 6.—an possit petere expensas, quas fecit in melioratione rei sibi conductæ, et quando, et quales, glos. l. 24 tit. 8 part. 5.—Et an idem procedat in conductore ad longum tempus, ibi n. 2.—Conductor horrei, an habeat actionem contra locatorem talis horrei, quia illud non custodivit, si ipse specialiter illud non promissit facere, n. 1 l. 25 ibi per illum text.—Et quid si locator sit in aliqua culpa, et qualis ista culpa esse debeat, ibidem n. 2.—Conductor horrei, an et quando possit locatorem convenire, si custodes ab ipso positi malè custodierunt, et an dominus liberetur custodes exhibendo, ibi n. 3.—prædii fiscalis, an tutor, vel curator esse possit, et quando, n. 7 l. 14 tit. 16 part. 6.—qui tempore finito, rem domino non restituit, sed expectat sententiam, qualiter puniatur, glos. l. 12 per text. ibi, tit. 10 part. 7.—domus, an teneatur ex incendio in ea facto culpa famuli sui, n. 1 l. 11 tit. 15 p. 7.—gabellarum, an ad majorem gabellam teneatur, si territorium ei fuerit auctum, n. 1 l. 13 tit. 18 part. 5.—Conductoribus gabellarum applicatur poena, seu banna, et quid si ex causa duplicetur gabella, ibi in n. 2.—Conductor tenetur certiorare locatorem de impedimento, quod est in re sibi conducta, n. 2 l. 74 tit. 18 p. 5.—qui in ultimo anno defructat, et deteriorat prædium, ut majores fructus percipiat, propter quod in futurum damnificatur, an teneatur ad interesse, ibi n. 4.—Et quid si faciat vineas, sive arbores, putari per inexperitos, an teneatur, dict. n. 4.—Conductores promittere debent, quod fructus immaturos non colligent, et quid si ex hoc damnum sequeretur, ibi n. 5.—Conductor animalis non tenetur, licet pereat, si illum oneravit secundum vires ejus, et sicuti consuetum est fieri, n. 3 l. 76 tit. 18 part. 5.—tenetur equum conductum ali-

mentare secundum sui necessitatem, n. 4 l. 76 tit. 18 part. 3.—equi, si in curando illum aliquid impendat, an repetere possit, et quando, n. 5 dict. l. 76.—rei illam nunquam præscribere poterit, n. 3 l. 22 tit. 29 part. 3.—ad longum tempus, quam possessionem in re conducta habere dicatur, n. 2 l. 5 tit. 50 part. 3.—ab aliquo, qui scit rem, quam conducit esse suam, an talis conductio operetur domini translationem in conductorem, n. 2 l. 9 tit. 50 part. 3.—Et quid si conducens dicat, quòd volens transferre illam rem in locatorem, et recognoscere ab eo, dictam rem conducit, dict. n. 2.—Conductores, qui pensionem solvent in pecunia, an ad decimandum, seu ad tributa teneantur, n. 5 l. 22 tit. 31 part. 3.

CONFERENS beneficium absenti, antequam ipse sciat, et acceptet, vel non, pœnitere non potest, n. 3 l. 7 tit. 16 part. 1.

CONFESSIO quo jure nos obliget, n. 2 in princ. l. 23 tit. 6 part. 1.—an sit de jure naturali, vel divino novi vel veteris Testamenti, ibidem.—debet esse pura, et fidelis, et in se debet habere sexdecim, n. 3 in dict. l. 23.—dividi non debet etiam propter verecundiam, n. 4 in princ. ibid.—sacramentalis fieri debet proprio ore, non per nuntium, vel per epistolam, v. n. 4 l. 50 ibidem cum n. 2.—quòd fiat proprio ore, vel non, an sit de substantia sacramenti, n. 2 ad fin. d. l. 30.—annualis an sit de præcepto, n. 4 l. 54 tit. 4 part. 1.—quæ debetur in quolibet anno fieri, facere an sufficiat illam in quocumque tempore, vel requiratur, quòd sit in Quadragesima, n. 3 ibidem.—procuratoris non habentis speciale mandatum, an fieri possit in judicio, ita ut domino præjudicet, n. 1 l. 1 tit. 13 part. 3.—Et an procurator generalis ad lites debeat habere speciale mandatum ad confitendum coram iudice, ut domino præjudicet, ibi.—Confessio facta patre præsentem facit plenam probationem, parte verò absente semiplenam facit probationem, quòd limitat quatuor modis, n. 4 l. 2 t. 13 part. 3, et n. 6 l. 4 ibi.—et sententia æquiparantur, quòd ad compromissum in arbitros factum partibus non citatis extendit, dic. n. 4 in medio.—Et an ad validationem confessionis requiratur, quòd acceptetur à parte, vel quòd fiat parte instante, et petente, an verò partis præsentia tantum sufficiat, ibi n. 2.—Confessio facta præcedentibus valet, secus illis non præcedentibus, l. 3 tit. 13 part. 3.—erronea etiam sæpius repetita non nocet, et qualiter probetur iste error, n. 4 l. 5 tit. 13 part. 3.—erronea si innotuit in instrumento, an eo destructo destruat confessionem, ibidem.—erronea etiam post conclusum in causa potest revocari, et etiam in causa appellationis, n. 5 l. 5 tit. 13 part. 3.—Et an possit peti revocatio confessionis erroneæ, mero jure in causa appellationis post sententiam, dict. n. 5 l. 5 ibidem.—Confessio ab aliquo facta, scilicet, quòd homines occidit, vel percussit, si contrarium possit probari, an ei noceat, n. 9 in dict. l. 5, et n. 4 et 2 l. 17 tit. 15 p. 3.—Et quid si contra eum agatur criminaliter, ibidem in n. 10.—Confessio extrajudicialis geminata, quid valoris habeat, sive in civilibus, sive in criminalibus, n. 4 l. 7 tit. 13 part. 3.—extrajudicialis, an faciat indicium ad

torturam, et quid si fiat parte præsentem, qualiter tunc probet, n. 2 dict. l. 7.—Et quid si talis extrajudicialis confessio fiat à minore, ibidem.—Confessio, quid in se habere debeat ad hoc, ut probet plenè, n. 2 dict. l. 7 t. 13 part. 3.—extrajudicialis in delictis, quæ pertinent ad ecclesiæ iudicium, qualiter probet, ibidem.—extrajudicialis, an possit per confitentem revocari, etiamsi non doceat de errore, ibidem.—in iudicio facta etiam sine causa valeat, n. 3 dict. l. 7.—Et an juramentum suppleat defectum causæ in tali confessione, ibidem in n. 4.—Et quid si talis causa suppleatur per dicta testium, n. 4 dict. l. 7 tit. 13 part. 3.—Confessio sine causa facit semiplenam probationem, licet plenè non probet, dict. n. 4 ad fin.—etiam cum causa facta, parte absente, non probat, n. 3 dict. l. 7 per text. ibi, tit. 13 p. 3.—patris asserentis se debere aliquid filio incapaci, facta inter vivos, an valeat, et quando, n. 4 l. 5 t. 14 p. 3.—facta calore iracundiæ sine perseverantia non valet, neque præjudicat, n. 2 l. 9 tit. 14 p. 3.—matris dicentis filium talem ex marito genitum non fore, sola de per se, vel juncta cum aliis adminiculis, quam probationem faciat, n. 4 l. 9 t. 14 p. 3.—Et an stetur huic confessioni in matris præjudicium, et quid si extra iudicium fateatur, an revocare possit confessionem, ibidem.—Confessio matris dicentis aliquem filium suum ex marito non fuisse genitum, an præjudicet aliis fratribus talis negatio filii, dict. n. 4 l. 9 tit. 14 part. 3.—in præjudicium tertii utrum valeat, seu alia quævis assertio, dict. n. 4.—partis, sive procuratoris, an possit incontinenti corrigi, n. 2 l. 50 tit. 16 part. 3.—est probatio clara, sicut lux, n. 2 l. 12 tit. 14 part. 3.—tutoris de recepto, an sola præjudicet pupillo, n. 5 l. 60 tit. 18 part. 3.—de recepto sola, an sufficeret in venditione nominis, seu debiti, n. 7 l. 64 tit. 18 part. 3.—de recepto in eo, quòd datur pro arris pro matrimonio contrahendo ab una parte tantum, an valeat, et obliget, n. 2 l. 84 tit. 18 part. 3.—tutoris asserentis plus esse in bonis minoris, quàm erat in veritate, an ei aliquid noceat, et an possit illam revocare, n. 3 l. 120 ibidem.—per aliquem in iudicio facta, an per ipsum revocari possit, et admittatur ad appellandum contra eam, sive convictus, sive non convictus fuerit, n. 10 l. 16 tit. 23 part. 3.—conjugum contra matrimonium carnalem, vel spiritualem ejus sit effectus, n. 3 et 6 l. 2 tit. 3 part. 4.—conjugis stantis pro matrimonio, an tunc sufficiat eorum confessio simul cum fama, ut separari possint, ibidem n. 7.—Prælati dicentis pecuniam fuisse in utilitatem ecclesiæ conversam, an gravet ecclesiam, n. 2 l. 3 t. 1 part. 3.—de recepto quòd quis adhuc non recepit, an statim præjudicet in aliis contractibus præterquam in mutuo illarum rerum quæ consistunt in pondere, numero, vel mensura, an verò idem sit tam in uno casu, quàm in alio, n. 1 l. 9 tit. 1 part. 3.—mutui recepti si fiat coram testibus, an præjudicet confitenti n. 2 l. 9 tit. 1 part. 3.—venditoris de recepto pretio, an valeat etiamsi fiat per instrumentum, si illud non declaratur, n. 4 l. 9 tit. 3 part. 5.—Et an idem sit quando testes ita deponeret de venditione contra venditorem, vel contra tertium, ibid.—Confessio extrajudicialis geminata, an habeat eundem effectum, quàm si esset in

iudicio facta, sive in civilibus, sive in criminalibus, n. 7 l. 5 tit. 12 part. 3.—præsumitur facta ex certa scientia, quando præcessit confitentis deliberatio, n. 2 l. 1 tit. 6 part. 6.—minoris in causa civili, vel in criminali facta, sine tutore, vel curatore, an ei præjudicet, n. 3 l. 17 tit. 16 part. 6, et gloss. l. 4 per text. ibi, tit. 19 part. 6, cum aliis glossis aliarum legum, ibid.—Et an confessione rei in causa criminali facta coram iudice incompetenti, alias habente merum imperium, videatur per hoc quis prorogare ejus jurisdictionem, num. 2 l. 15 tit. 4 part. 7.—Confessio alicujus, an dicatur probatio lucetior, n. 3 l. 26 tit. 4 part. 7.—delicti si per aliquem in iudicio facta sit in causa extranea, et quando ad illud negotium non agebatur, an ex ea veniat puniendus sic confitens, n. 4 l. 29 ibi per illum text.—in iudicio per aliquem facta de delicto quòd non commisit, qualiter confitenti noceat, n. 9 et 10 l. 5 tit. 13 part. 3, et n. 4 et 2 l. 17 per text. ibi, tit. 13 part. 7.—Et an contra fractorem carceris inducatur quædam ficta confessio, n. 2 l. 12 tit. 29 part. 7, et n. 1 cum aliis ibi, l. 13 ibi per illum text.—Confessio in tormentis facta non præcedentibus legitimis indicibus, an valeat, per n. 2 in medio, l. 2 tit. 30 part. 7.—rei an valeat quando fit sponte nullis indicibus præcedentibus, et an ex ea condemnari possit, dict. n. 2 ad fin.—Et quando dicatur quis perseverare in confessione facta in tormentis, n. 3 et 4 l. 4 tit. 30 part. 7.—Et quid si postea appareat contrarium de eo quòd confessus fuit, ibi n. 6 et 7 per text. ibi.—Confessio si per reum facta sit in tormentis, an ex ea oriatur postea semiplena probatio, ita ut reus iterum atque iterum torqueri debeat, licet in negando perseveret, per n. 8 l. 4 tit. 30 part. 7.—Et quid si ejus delictum, vel crimen per testes, vel aliter sibi probetur, et ipse illud in tormentis neget, an veniat damnandus, et quando, n. 8 dict. l. 4 per text. ibi.—Et an post confessionem rei in tormentis factam, si postea neget, iterum torqueri debeat, ibi per n. 9, 10, 11 et 12.

CONFESSOR qualiter se habere debeat cum infirmo, n. 2 l. 23 tit. 4 part. 1.—qualiter se habere debeat cum pœnitente, ibidem.—an debeat attendere, an confitens dives sit, vel non, et ad quid, n. 4 dict. l. 23 tit. 4 p. 1.—qualiter se habere debeat erga pœnitentem, et an illum debeat interrogare, vel non, n. 11. 26 ibi.—in interrogando pœnitenti tria debet attendere, n. 2 dict. l. 26.—an debeat interrogare pœnitentem, an sciat Ave Maria, Pater noster, et Credo in Deum, gloss. l. 27 ibidem.—carnaliter cognoscens filiam spiritualem, quam debeat propter hoc substinere pœnam, n. 2 l. 33 ibidem.—revelare non debet pœnitentium confessiones, etiamsi propter id excommunicetur, etiamsi à Papa, vel à quocumque, sibi præcipiatur, v. n. 4 l. 33 tit. 4 p. 1.—adduci non potest in testem contra pœnitentem, ibidem.—de licentia pœnitentis, an possit ejus confessionem indistincte revelare, ibidem.—non debet respicere ad faciem mulieris pœnitentis, eo quòd est ventus urens, n. 4 l. 26 tit. 4 part. 1.—sciens parari seditiones, seu homicidia, an teneatur revelare confessionem, n. 4 l. 33 tit. 4 part. 1.—benè potest revelare in genere, quòd fuit sibi confessatum, ibidem, etiam n. fin. in fine.—

tunc dicitur confessionem revelare, quando peccator fuit illi confessus, quærens pœnitentiam et salutem animæ suæ, non tamen aliter, licet sub sigillo confessionis illud sibi dixerit, n. 3 l. 33 ibidem.—potest peccatum revelare, si inde non possit cognosci peccator, est tamen hoc scandalosum, n. fin. in fin. dict. l. 33.

CONFESSUS extra iudicium aliquid debere, sine causæ adjectione, non tenetur solvere, n. 4 l. 7 tit. 13 part. 3. debitum in iudicio, et dicens se jam solvisse, an per iudicem ei præcipi possit, ut si solutionem non probaverit intra terminum, debitum solvat, n. 2 l. 2 t. 22 p. 3.—in iudicio, et non convictus, vel convictus, an appellare possit, et an suam revocare confessionem, n. 10 l. 16 tit. 3 part. 3.—crimen mitius punitur, si illud simpliciter fecerit, secus verò si metu probationis, n. 3 l. 33 tit. 3 part. 1.—in iudicio adversarium suum possidere, an per hoc videatur ipse possidens in eum transferre possessionem, n. 4 l. 9 tit. 30 part. 3.—crimen suum in iudicio, an et quando remaneat infamis, vel non, n. 13 l. 5 per text. ibi, tit. 6 part. 7.—in causa criminali, an habeatur pro condemnato, dict. n. 13 in princip. et quid in civili, ibidem.—crimen in iudicio, cum illud non commiserit, qualiter, et quando per suam confessionem damnari debeat, vel non, n. 4 et 2 l. 17 per text. ibi, tit. 13 part. 7.—Confesso sponte crimen suum nullis præcedentibus indicibus, an condemnari possit, n. 2 l. 2 t. 30 part. 7.—Confessus crimen in tormentis, quando in eadem confessione perseverare videatur, n. 3 et 4 l. 4 per text. ibi, tit. 30 part. 7.—Et quid si postea appareat contrarium, quàm illud quòd confessus fuit, ibi in n. 6 et 7 dict. l. 4 per text. ibi.—Confessus in tormentis, si postea perseveret in negando, an iterum atque iterum torqueri debeat, et an ex sua confessione oriatur semiplena probatio, n. 8 l. 4 per text. ibi, tit. 30 part. 7.—Et quid si perseveret in negando crimen, tamen per testes vel aliis probationibus probetur, an damnari debeat, ibidem.—Confessus in tormentis, si postea negat, an iterum torqueri debeat, et quando, dict. n. 8, 9, 10, 11, et 12, ibi per illum text.

CONFITERI potest quis peccata sua religioso de licentia proprii parochi, n. 2 l. 21 tit. 4 part. 1.—non potest quis nisi suo proprio sacerdoti, n. 3 l. 21 tit. 4 part. 1.—potest parochus suum parochianum, etiam extra muros suæ parochiæ, cum illud sit jurisdictionis voluntariæ, ibidem.—debet quis semper suo proprio parochi, etsi pluries in anno confiteatur, n. 6 ibi.—non potest quis nisi suo parochi, nisi ex duabus causis, n. 7 ibidem.—potest quis cum alio sacerdote ex causa, petita licentia à proprio sacerdote, sive causa subsistente, sive illam sibi negaverit, ibidem.—non potest hæreticus seu alius infidelis etiam instante necessitate, n. 8 ibi.—debet quis peccata sua, quàm citò possit, et reddit rationem, n. fin. l. 22 tit. 4 part. 1.—non tenetur quis statim post peccatum, nisi in quinque casibus, n. fin. supradict.—non tenetur quis statim quòd recordatur de aliquo peccato mortali, etiam in proxima confessione oblito, ibi in fin.—potest laicus, sive mulier, instante necessitate, n. 4 l. 29 tit. 4 part. 1.—semel in anno, an sit de præcepto ratione cujus tenetur, n. 4 l. 34 tit. 4